UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Allmachio martyre. Cap[itulum]. xxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ſus ⁊ alijs indicijs: quem eo die moriturum nouerat: famulis ſecreto nunciauit: ⁊ vt neceſſaria ſepulture pararent cōſuluit. Quod ſanctus per ſpiritum audiens: hoc eſſe futurum eo die omnino denegauit: ⁊ ioſeph aliter eſſe impoſſibile conſtanter affirmauit: aſſerens ſe velle mori: niſi baſilius eo die ſole occidēte occūberet. Tunc ſctūs eū interrogat: ſi vult mori peccato ⁊ viuere xp̄o: ſi die ſequenti vſq; ad ſextā horā ſuperuiueret: quod ⁊ ioſeph ſe facturum ſpondet. Beatus autē baſilius ꝙuis naturaliter illico moriturus: oratione non tantū mortis inducias ꝙ conualeſcentiam a xp̄o imperauit: ⁊ vſq; in craſtinū ad horā nonā ſuperuixit: maneq; hora tertia de lecto ſurrexit: ad eccleſiā proprijs pedibus acceſſit: ⁊ ioſeph conuerſum baptizauit: et rediens ad lectū hora nona ſpiritū feliciter emiſit kalen. ianuarij tēpore imperatoris gratiani: ſepultuſq; eſt in eccl'ia ſua. ¶ Hic contra eunomiū inſignes elaborauit libros. De ſpiritu ſancto volumen egregiū. In exameron homelias nouē. Epiſtolas breues: varioſq; tractatus. Ad euchitas epiſtolam vnā contra hereticos. De incarnatione dn̄i librū vnū. Uitā balaam ⁊ ioſaphat. Cōtra iulianū apoſtatā libros fortiſſimos. De generib⁹ peccatorū inq̄ſitionum librū vnū. De fide catholica ad āphilocū iconij ep̄m librū vnū. Scripſit etiā regulā monachorū qua vtunt armeni: ⁊ alia multa opuſcula fecit.

¶ De ſctā martina v̄gine ⁊ martyre. Cap. xxix.

Martina virgo ⁊ martyr rome ex patre ꝯſule nata: ibidemq; ſub alexādro imperatore paſſa ē. Que ab eo vt chriſtiana comprehenſa: ad apollinis ſacrificium inuitatur. Et dū oraſſet pars templum cū idolo cecidit: ⁊ demon per aera ſicut fumus clamans euanuit. Quā alexander alapis ceſam ab octo viris binatim ſibi ſuccedētibus vncinis ferreis attrahi fecit. Qui videntes quattuor angelos virginem confortantes conuerſi ſunt: propter quod ⁊ ipſi ſuſpenſi: ⁊ vnguibus lacerati: demū decollati martyriū cōſumauerunt. Deinde virgo xp̄i ſuſpenſa: et poſt hoc in quattuor palis extenſa gladijs conciditur: ſed ceſorib⁹ ſubito decedētibus carceri traditur: vbi ab angelis viſitata confortatur: ⁊ celeſti cibo reficitur. Indeq; educta in tēplo artemidis ſtatuitur: ⁊ immolare compellitur. Sed corruēte idolo ⁊ fugato demone iterum circa mammillas vnguibus laniatur. Iterumq; carceratur. Deinde in amphitheatrū ducta beſtijs ſubijcitur. Cuius pedibus leo procidit manſuetus. Et dum inde educta fuiſſet: idem leo mox eumenium alexandri cognatū interfecit. Iterū poſt duos dies ſuſpenſa: et vngulis raſa: atq; decaluata eſt: eo ꝙ virtutem maleficiorum capillis ineſſe putabant. Et dum in templo ei recluſa fuiſſet ſola: idolo corruente: audite ſunt voces angelorum cōtinuentiū a paganis. Quod imperator comperiens: ipſam extra vrbē ductam iuſſit decollari. Et facto maximo terre motu. ccxxx. gentiles conuerſi ſunt. Cuius corpus calixtus papa cum ſuis clericis ſepeliuit kalendas ianuarij.

¶ De ſancto Concordio preſbytero ⁊ martyre. Cap. xxx.

Concordius preſbyter ⁊ martyr paſſus eſt ſpoleti tempore antonij imperatoris. Hic ex parte gordiano xp̄iano rome ortus: a ſancto pio vrbis epiſcopo preſbyter ordinat⁹ ⁊ doctus eſt. Qui cum via ſalaria habitaret apud ſanctum eutycetē: tentus a torquato comite tuſcie: qui verſabatur ſpoleti: cū xp̄m confiteret: ⁊ ſacrificare nollet: carceri traditus eſt: vbi a ſanctis eutycete ⁊ antimo epiſcopo amicis torquati de eius conſenſu viſitatus ⁊ confortatus fuit. Inde eductus equuleo ſuſpenditur ⁊ torquetur. Et dum conſtanter in fide perſiſteret: iterum carceri mancipatur: ⁊ fame triduo maceratur. Nouiſſime cum ſtatue iouis eidem in ergaſtulo p̄ſentate thurificare renueret: a duobus ſatellitibus ibidē decollatur kalen. ianuarij. Sepultus in loco vbi aque plures emanāt: iuxta ciuitatem ſpoletanam.

¶ De ſancto Almachio martyre. Cap. xxxi.

Almachius martyr rome martyriū paſſus eſt. Qui cum ſacrificantibus gētilibus diceret: hodie octaue dominici diei ſunt: ceſſate a ſuperſtitionibus idolorū: iubente vrbis prefecto captus: et a gladiatoribus occiſus eſt kalen. ianuarij: vt dicitur in martylogio adonis.

¶ De ſancto Fulgentio epiſcopo ruſpenſi. Cap. xxxij.

Fulgentius epiſcop⁹ ruſpen̄. ex parte fulgentio et matre marchiana nobilibus in ciuitate toleto hiſpanie nat⁹ eſt. Qui grecis ⁊ latinis litteris non mediocriter eruditus in annis iuuenilibus a fauſto epiſcopo in exiliū relegato monachalē habitum ſuſcepit. Hic primo ab arrianis multas inſidias ⁊ perſecutiōes perpeſſus ⁊ aliquādo duriſſime ceſus eſt. Deinde effectus abbas monaſterij ſui: eadem arriana peſte creſcente ab eodem cenobio effugatus: ſed auxiliante xp̄o

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN